xander conspiciens iussit omnem populum pro liberatione militum deo mercurio immolare: Tunc una ex virginibus paganorum arrepta a demone deum viuus et verum deum christianorum clamabat. Quod palmatius audiens conuersus abiit ad sanctum papam calixtum: et ab eo baptismū expetiit: quem calixtus presente calepodio baptizauit: omnēs eius familiā cū uxore et filiis numero quadraginta duobus vnde salutari perfudit. Qui palmatius exinde cepit facultates suas pauperibus erogare. Post dies plurimos Alexander hoc audiebat: fecit teneri palmatium eumque examinatum et christus confitentem tradidit simplicio senatori: quatenus ei persuaderet ut ad culturam deorum accederet. Cum autem simplicius ipsum plurimi honoraret: et palmatius omnia seculi blandimenta cōtempnēt orationibus et leiuīs infisteret. Quidam nomine felix venit ad palmatium defensus uxorem suaz nomine blandam ab annis quattuor paralyticam: ut eam sanaret. Quam palmatius in cōspectu simplicij et omnis eius familiā fusa oratione sanauit: quo viso miraculo conuersus est simplicius senator cum omni domo sua: felix quoque cum uxore sua blanda sanata effecta: ceperuntque officia baptismatis gratiam experire: vocatoq; sancto papa calixto cū beato calepodio: supernarentes ad domū simplicij baptizauerunt eum cum tora eius familiā: atq; felicem cum coniuge sua blāda. Quod cū alexander audisset: quia multitudo hominū per beatos calixtum et calepodium in christo credidisset: misit exercitum militum: et tennit omnes qui baptismū perceperant: quos precepit capitalem subire sententiam: et per diversas portas urbis romae capita eorum suspēdi ad exemplum christianoz. Tenuit etiam calepodium quā gladio fecit occidi: et corpus eius in tyberim tacari ante insulaz lycioniam. Quod tādem a piscatoribus repertū et beato calixtro pape presentatū ab eodem in suo cimiterio via apia sepultum est. Passi sunt autem sancti martyres sexto idus maij.

**D**e sanctis primo: Marco: Iasonē et Celiano martyribus.  
Cap. cl.

**M**arco: et celianus martyres regestis in civitate passi sunt tempore Adriani imperatoris sub Brasio preside. Qui primum presbyterum et marcum discōnū fustibus cedi iussit: et sub ventres eorum ignes accendi. Deinde sulphur solutum in ora eorum infundi. Et cū hec omnia supplicia fine villa eorum lesionē superaserint: multisq; exinde cōuersti fūssent Iasonē et celianū fustibus rā diu verberari mādauit: donec celi spūi emitteret. Deinde primū et marcum extra urbē menia decollari.

# De sanctis in mense maii occurrentibus

So.cxi.

Quorum corpora in eodem tumulo iuxta eam  
dem ciuitatem sepulta sunt. v. idus maii.

**D**e sancto Damerto episcopo et  
confessore.

Cap. clii.

**A**mertus eps vien  
neci. miraculis et sanctitate ap  
eandevrbē celebris habet. Qui  
ob imminorem terremotū et re  
pestatum cladem atq; luporū ra  
biem solēnes rībus dieb; ante  
ascensionē dñi letanias instituit; ut haberetur su  
pra de letanias. Quā etiā apud prefatā ciuitatē  
quiētū in dñi. v. idus maii; ubi et sepultus vir  
tibus claret.

**D**e sancto maiole abate.

Cap. cliii.

**A**giolus abbas nobili  
bus parentibus progenitus: et sacris  
litteris imbut: ac virginitatis flore  
decoratus: primo archidiaconus ec  
clesie maticen. fuit. Deinde fact; est monachus  
cluniacen. sub hermoardo abbate seti odonis  
successore sanctatite vite mirabiliter pollens:  
summag; patientia decorat. Qui ppter graue  
infirmitatē quā incurrit lumen oculorū amittit:  
nec tñ exinde in aliquo vñq; perturbari vñsus fu  
it. Sexto autem anno monachantoris ipsius de  
cedente abbate monasterij maticensis ad eiusdē  
loci regimē licet iniuitus eligitur: non obstante  
et lumine foret oculoz; priuatus et corpore qua  
si viribus pre longa egritudine desitutus. In  
ipsa autē abbataria sanctissime iubar vite fuit: et  
multa miracula ostēdit. Ecclesiōsum: surdis au  
ditum: claudis gressum. Alijsq; diuersorū gene  
rum languorib; derentis cōferens medicinam.  
Pures erit a morib; serpetum venenaros: et  
a periculis fluminū et iectibus fulgurum libera  
vit. Landeles seu lampades in eius ecclesia ar  
dentes ex negligentiā aliter extincte sepius  
sine humano studio sunt divinitus reaccensē.  
**Q**uadām nocte dñi in monasterio sancti dio  
nysii librum eius de principatu celi perlegeret  
ad lumen candele graui sonno pressus dormi  
tauit: et candela de manu eius super librum ceci  
dit. Sed sola iōpius cera consumpta: libri pagi  
na oīo illesa permanit. Soluit autē carnis de  
bitum. v. idus maii. Et reconditus est in mona  
sterio suo miraculis clarens.

**D**e sancto Antimo presbytero et  
martyre.

Cap. cliv.

**A**ntimus psbter et mar  
tyr romevia salario passus est. qui post  
virtutum et p̄dicationis insignia in ry  
berim precipitatus et ab angelo sancto exinde  
ereptus est: ac proprio restitutus oratorio. De  
inde in confessione nominis Iesu Christi capite  
punitus vitor migravit ad celos quinto idus

mai. Hec ado.

**D**e sanctis nereo et archileo  
martyribus

Cap. civ.

**N**marex fuerit serui plautillero  
ris clementis cōsulis germani do  
mitiani imperatoris et sancti clemē  
tis pape. Que plautilla existens vidua eos pue  
ros coparauit: et eunuchos fecit. Cum autē ad  
predicationem beati petri apostoli plautilla cō  
uersa esset fecit se ab eodem cum prefatis pue  
ris baptizari. Et ad extrema deueniens eisdē  
luenes cubicularios flauis domitille filie sue  
dimisit. Cum autem dominianus flauia domitil  
la aureliano comiti in cōiugē tradidisset: ut sus  
perlus in eius passione actum est nos. marti  
nereus et archileus eidem virginī xp̄m annun  
ciantes eandem conuerterit: et votum virginit  
atis emittere suaserūt. Que a sancto clemente  
papa baptizata et sacro fuit velamine consecra  
ta. Quod cum aurelianum cognouisset: obtene  
ta ab imperatore licentia sponsam suam cū eu  
nuchis in pontianā insulam relegauit: quo plus  
res xp̄iani pro eis: isti nomine fuerant exilio de  
portati. Erātq; ibi malefici duo discipuli symo  
nis magi furiosi et p̄scus: qui magico artibus  
populum fallendo symonem magū pro deo fe  
cerat adorari. Quibus beati nereus et archileus  
resistentes eorum maleficia sermonibus et mi  
raculis detegebant: et sic populi ab errore reuo  
cabant. Post multum vñq; aurelianus ad  
insulam perrexit: et sanctos promissis et oblatis  
muneribus virgini ad nuptias suaderent ex  
orauit. Quod ipsi omnino facere respuētes ea  
magis in domino confortabāt. Quapropter ad  
vēbē adducti et ad sacrificia cōpuli sunt. Et  
cum dicenter se a beato petro apostolo baptiza  
tos nulla ratione posse idolis immolare. capite  
ceci sunt. Quorum corpora via ardeatina iuxta  
corpus sancte petronille virginis sepulta sunt  
iii. idus maii.

**D**e sancto Pancratio mar  
tyre.

Cap. clvi.



**A**ncretius

martyr nobilissi  
mis parentibus or  
tus apud phrygiaz  
cuius pater Eudonius dictus  
est v̄trog; parente orbar sub  
dionysij cura patruī sui rela  
ctus est. Ambo igitur romam  
vbi largum habebat patrimo  
nium perreverunt. Et dum in  
eorum possessionibus in monte celio morare  
tur: in eorum vīco papa cornelius cum quibus  
dam fidelibus ppter persecutionem laritabat:  
a quo pontifice fidem xp̄i et baptisimum suscep

## Liber

perunt patrius cum nepote. Post dies modicūs dionysius in pace quietus. Et pācāti omnia sua pauperibus erogauit. Deinde se persecutoribus vitroneus offerens xpianum se esse dixit. Quem illi tantum Valeriano Imperatori presentauerunt. Lung puerum. xiiij annozum et filio quandam sibi amicissimi viri condoleret suadebat ei: ut dñs thura ponret: ne mala morte in tanta iuuentute periret. Ille vero econtra sacrificare recusans se licet iuueneculum corpore secum tamē animo esse dicebat: et deum Iouem patricidam et incestuosum cōprobabat. Propter quod Augustus iussit eum via aurelia duci: et ibidem decollari. Cuius corpus certuilla sena trit tulit: et in eodem loco cum aromatis sepeliuit quarto idus maij. Supra cuius tumulum processu temporis a fidelibus ecclesia fabricata fuit. Ad eius quoq̄ sepulchrum: ut ait Gregorius turonensis si quis falsum surare voluerit anteq̄ ad cancellum choi perueniat: aut statim a demone captus insanit: aut cadens in pavimentum protinus vitam perdit. Nunc autem dictum corpus Veneris in monasterio sancti zacharie quiescere ab eisdem loci sororibus perhibetur.

**D**e sancto Epiphanius episcopo.

Eap. clvij.

**E**piphanius episcopus salamine: que ciuitas est in insula Lypzorum temporibus Donorii et Archadii imperatorum floruit: ut dicitur in hystoria tripartita. ut hic summe extitit scitatis: et elemosynarum largissimus exhibitor. Qui cu omnem substantiam sui episcopatus pauperibus erogaret: et nihil petentibus denegaret. Deficiētibus pecunias iconomus ecclie murmurabat. Subitoq; eidem vir astigit: saccumq; magnum multa plenum pecunia coram eo depositus: nec tamen quis esset: aut unde venisset explicauit: et repente discedens nusq; compa ruit. **D**uo pauperes volentes beatum virum arte deludere: ut aliquid eis vberius daret: ipso iter agente talem fictionem inuenerunt: ut unus eorum se supinum in terra prostraret: alter ho ipsum quasi mortuum desideraret: et q; se non habere vnde eum sepeliret prenderet: sic Epiphanius necessaria pro excusis postularet. Cum autem sanctus appropinquasset: et ille lachrymabiliter ab eo subsidium pro tumulo socio retinisset: episcopus illum super morte comitis benignius consolatur et necessaria pro sepultura largitur. Quo discedente dñ ille socium vocans pulsaret ut surgeret: quatenus de questu bonum sibi coniuvit: prepararent: qui se prius mortuum finxit vere defunctus apparuit. Tunc socius post episcopum curven et casum ei nunciavit: et de commissio peni-

## Quartus

tentiam egit. Sanctus autem cum defunctum suscitare potuisse noluit: ne tali occasione miseri domini facile deludantur. Sapientia et doctrine suavi eloquio admodum clavuit. Aduersus omnes hereses libros composuit. Aliag multa opuscula: que ut Hieronymus dicit ab eruditioribus propter res a simili torsibus propter verba leguntur. Nec Hieronymus de viris illustribus. Qui etiam in pace spiritu bona tradidit senectute. iiii. idus maij.

**D**e sancto Dionysio confessor.

Eap. clviij.



**D**ionysius confessor patrius fuit sancti Pancratii martyr: de quo superius dictum est. Qui a beato Cornelio papa sacrificantis vnde perfusus: eodem die quo et nepos pancratius passus est anno scilicet eius martyrii precedente in christi nominis sancta confessio feliciter obdormiuit: ut adeo in martylogio insinuare videat: videlicet. iiii. idus maij.

**D**e festivitate sancte marie ad martyres

Eap. clx.



**E**stiuitas sancte marie ad martyres a Bonifacio papa quarto instituta est: propter templi Pantheon Rome dedicationem. Romani enim cum toto orbi dominarentur: non solū omnium prouinciarum simulachra in urbe habebant: quin portius fere singulis dñs templis singula construerant: tanq; qui eos cū sticarum prouinciarum victores et dominos esse cererant. Sed quia omnia idola templum ibi habere non poterant ad maiorem sue gentilitatis vexane ostentationem unum templum cereris mirabilissimum sublimius in honorem omnium deorum ererunt: et Pantheon: quod sonat omnes diuocauerunt a pan: quod est omne: et theos deus. Portices enim idolorum ad maiorem populi deceptione finierunt: q; sibi a cybele quā omnium deorum matrem vocabant fuerat imperatum: ut si de omnibus gentibus vellent visceris obtinere sibi et filiis suis scilicet dñs omnibus templum magnificum fabricarent. Fundamentum ergo ipsius templi sphaericum lacatur: ut ex ipsa forma deorum eternitas demonstretur. Deniq; et pinam eneam deauratam fabricarunt et eam in summitate collocaerunt. In qua ut aiunt oēs puincle mirabiliter erār sculpe. Nec autē procedente tpe inde cecidit: vnde in summitate aperta remansit. Tempore igitur phoce imperatoris: cum iam dudu romafidem omni percepisset. Bonifacius papa quartus predictū templū a phoca cesare impetravit et omnium idolorum eliminata spuria et ipsius

# De sanctis in mēse maij occurrētibus Folio. cxij.

In honorem beate Marie virginis et omnium martyrum consecravit tertio idus maij locum quoque ipsum sancte marie ad martyres appellauit qui modo sancta maria rotunda vocatur a populo. Nonnum enim confessorum solennia ab ecclesia agebantur. Sicque in urbe roma ipsum diem in honore omnium martyrum celebrari in ipsa ecclesia ordinauit. Ut sic templum quod fabri carum fuerat omnibus idolis tunc dedicatum est oibis sc̄tis: ut exclusa multitudine demonum celebraref multitudo sc̄t̄. Sic quoque tunc rome in ipso loco festum illud usque hodie celebratur tertio idus maij.

**D**e sancto Bonifacio papa primo et confessore.

Lap. cix.



**B**onifacius papa huius nomis primi anno 300mo papae in episcopatu romano succedit. Et sedit annos tres: mensis octo: dies vndecl. hic natione romanus ex patre iocundo presbytero viribus: sub consensione cuius euangelio ordinatus vno die. Eulalius quippe ordinatur in basilica constantiniana. Bonifacius autem in basilica iulii. Et fuit magna dissensio in clero. Audies hoc placida augusta cum filio suo valentiano imperatore dum sederet rauenne retulit hochonorio augusto mediolanii residenti. Tunc ambo augusti missa auctoritate precepit: ut ambo ex rete de civitate. Qui cum pulsi exissent tandem utriusque augusti bonifacium ad urbem reuocauerunt et eum pontificem constituerunt. Hic constituit: ut nulla mulier aut monacha vase sacra vel palam altaris contingere: aut lanaret: nec in ecclesia incensum poneret. Erat seruus aut curie obnoratus non fieret clericus. Hic fecit oratorium in cimiterio sancte felicitatis: et ornauit sepulchrum eius. Hic autem beatissimus paterna pietate clericos aluit: pauperes souit: cunctos honoras: fuit misericordius in diebus suis super omnes homines et misericors: vni ab oibis amabatur. Et sepultus facit in ecclesia sancti petri.

**D**e sancto bonifacio papa quarto.

Lap. cxi.

**B**onifaci⁹ papab⁹ suis nominis quartus natione marsorum ex patre iohanne medico bonifaciu⁹ pape tertio immediatamente in episcopatu romano successit: et sedit annos sex: mēses octo: dies vigintiduo. Hic obtinuit ab augusto phoca imperatore: ut ecclesia beati petri apostoli caput esset omnium ecclesiarum:

quia constantinopolitana caput omnium se scribat. Hic etiam obtinuit dari ecclie templū quod ab antiquis in urbe pantheon vocabatur: ut supra dictum est. Quod ipse ab aliis idolastris sorribus consecravit in honorem dei genitricis Marie et omnium martyrum christi. Eiusque die consecrationis solennitatem in urbe constituit celebrandas. Aliaque multa laudabilia opera fecit. Et hic sepultus est ad sanctum petrum apostolum. Et cessavit episcopatus mēses septem et dies vigintiquinqz.

**D**e sancto Bernatio episcopo et confessore.

Lap. cxi.



**E**ruatius episcopus traiectensis temporibus Hieronymi et Ambrosii doctorum claruit. Hic propinquus senatori Bernardi caro nomen existit: fuit enim filius Emanuelli eiusdem fratrii elizabeth et filii Desmerie sororis sancte Anne matris domine nostre: ut sic elius et Elizabeth mater baptiste beate virginis fuerunt consobrini secundo via delicti consanguinitatis gradu. Emanus vero pater Bernatii est una parte: et christus ex altera filii consobrinarum exiterunt tertio gradu. Sicque si christus filium habuisset cum Bernatio: fuisse in quartu gradu ex consobrinis nepotes. Mater vero sancti Bernatii vero: emin vocata est Demilia. Natusque est in oppido phestia ad austrium Armeniae terra hebreorum in regione praeditis: quo decem tribus israel translate fuerant. Qui adhuc existens infantulus loca sacra hierosolymis visitauit: et in sanctis perseverans operibus ad presbyteratus ordinem ascensit: deinde ab angelo monitus abiit ad octauiam ciuitatem gallicarum sitam in littore oceanie ad predicandum verbum domini codem angelis loibi duce: ad quem locum deueniens repersit septuaginta duas congregaciones inuicem dissidentes: que segregatim conuenerant pro episcopo ipsius urbi eligendo: cuius sedes per septenimum vacuerat post obitum episcopum valentini: que ad extremam deueniens diuinum spiritu eius mandauerat neminem eligenduz: nisi diuina revelatione communis omnium electio aliquem nominasset. Hec autem Bernatius audiens: dum pro eorum concordia ante altare desum orans procumberet: angelus eisdem apparsens baculum sancto pastoralem tradidit: et sic repente in ipsum omnis populus conuenit. Factus ergo episcopus tam gratie fuit: ut patria lingua predicans ab omnibus nationibus suo idiomate verba eius perciperentur: multorumque miraculorum gloria claruit. Nam ciborum eius reliquias egris quicunque gustantes: aut pedes

## Liber

vel manus deosculantes continuo sanabantur.  
Post aliquod ḥo tempus emulatione ciuium  
a ciuitate pulsus venit traectum. Ibis turba  
beati petri ecclesiam rugitur edificans penite-  
tie operib⁹ vacabat: vbi sibi per viuum a dñō re-  
uelatur: hūnoꝝ gentes galliarū r̄b̄es t maxie  
octauia eueruras: quā visionē octauiam acce-  
dens dum populo nunciasset: illi quoꝝ timen-  
tes: ne propter peccatū in ipm commissum hec  
sibi futura contingenter: fernatū pro imperiā  
da ventia nuncū populi ad sedem apostolicam  
delegarunt. Qui veniens traectū lapidem  
altaris pulcherrimū trabe ruente cōscissum di-  
gito super scissuram deducto reintegrait. In  
deqꝝ romā accessit: vbi cū in festo dñicē annun-  
ciationis in ecclesia beati petri oraret pro po-  
pulo apostolorū princeps sibi in somnis appa-  
ruit: galliamqꝝ diuinam euadere nou posse sen-  
tentiam propter eorum peccata reuelauit. In  
cuius testimonium clavem argenteam ei dedit:  
quam ille euigilans in manu repperit: t perpe-  
tuō pro reliquiꝝ reservauit. Cum autem reuer-  
teretur egressus romā a gothis capis: qui tunc  
italiam devastabant. Ei per noctem angelī cū  
luce nimia in custodia apparuerunt: eumqꝝ so-  
luti dimiserunt. Cum autē die altero a gothis  
torquendus queritur in carcere clauso non in-  
veniuit. Reperitur tandem ab ip̄is solutus in  
quodam campo sopitus: cui aquila grandis in-  
fidens: altera alarum eum a sole obumbrabat.  
alterā mouens quasi flabello ei aurā vēslabat.  
Quod gothi cernētes t stupentes illi in pace  
dimiserūt. Cteniens autē in terram vagionū  
cum siti affligaretur: dligito signo crucis in ter-  
rā facto fons aque de humo scaturit: t exinde  
vsgz in presens nūqꝝ defecit. Degens colo-  
nie apud sanctum seuerinum cum orarer a con-  
focio super caput eius ignis columna conspi-  
citur: que nimia celeritate celum progreditur.  
Apud merensem r̄b̄es celebraz facies eius  
solis claritate resulfit. Reuersus ergo octa-  
uiam: t que viderat referēs sanctorū reliquias  
t vasa sacra vna cum populo traectū transiulit  
pesti superuenture referuanda. Et cum in iti-  
nere fessus quiescere vellet: nec sedem paratā  
haberet: terra tumens in modū pulvinario se  
extulit: vbi t sedendo quietuit. Sicqꝝ ibidem  
vsgz in presens manet. Diem obitus sui pre-  
sciens celebrata missa populu sacris exhor-  
tationibus dudum admonuit: cui angelus assi-  
stere v̄sus fuit. Et cum diutius orasset luce co-  
spicua instar solis radij euz per tres horas pro-  
regente emisit sp̄ritum. iiii. idus maii. que tūc  
dies penthecostes occurrerat. Eius corpus  
memorato quo sup̄a tempore in ecclesia tra-  
crei. sepulrum est: vbi infinitis t admirandis  
figuis effulget. Inter que cum primo in via  
publica sub duō sepulrib⁹ diutius queuisset  
cum tempore hyemis osa in circuitu nit replie-

## Quartus

ret. nunqꝝ sepulchrum eius tetigit: donec inda-  
stria ciuium basilia super ipsum edificata est.  
Re vera de isto sancto singularis annoꝝ lon-  
geuitas reperitur: quia si vera sunt que de ipso  
scribunt preter cōmūnē modernū nature cur-  
sum vita eius per annos viii. ccc. concluditur  
adeo fuisse mirabiliter protelata. Si enim diligē-  
ter rēpora computent̄ seruatius vel christo fuit  
cōtemporaneus: vel si post eius ascensionē na-  
tus noꝝ portuerit ultra annos sexaginta elapsos  
fuisse: vel ad plus. lxx. Quod si ambroſio t hie-  
ronymo cōtemporaneus extitit illos circa an-  
nos dñi cōstat. ccclxx. vel circa florisse. Et sic  
seruatius ad etatē quam diximus peruenisse:  
Quod si quis legendā seruatii de mēdacio ac-  
cuserit: nouerit eā rēpore hērīcī q̄nti impatoris  
a celestino papa. iiii. in publico cōſistorio autē  
tacitā: vbi oia q̄ dicta sunt approbata fuerunt.  
De sc̄o h̄lario abbate. Lāp. clxi.

**H**larus abbas tem-  
pore theodorici regis longobar-  
dorum claruit. hic de tuscia orū  
dus dum puerulus ep̄ſolas pau-  
li legeret dūlino spiritu inspirat⁹  
t a seniore de vita solitaria informatus annoꝝ  
xiij. relicto seculo deum orauit: vt eū ad locum  
duceret: vbi solitarius deo servire posset. Ei du-  
ctor extitit. Ad cuius radices uno miliario flu-  
uius decurrebat: vbi in sanctitate vite deo soli  
vacare cepit. Adeoꝝ p̄fecit vt infra triennium  
in vertice mōris ecclesia construeret inferiusqꝝ  
speluncā habitationis sue locaret: ac de labore  
manū victum acquireret. Sicqꝝ annorum cxi  
stens viginti summi perfectionis apicem vite  
regularis attinxit. Eodē tēpore olibrīus qđa  
nobilis ciuius rauēnas a demonio oppressus est  
clamāre per os eius immūdo sp̄ū q̄ a nullo in-  
de nisi ab h̄lario ejici posset. Et designato loco  
t virti effigie ducrus est olibrīus ad virum dei:  
quem sibi in ecclesia oblati cōfestim ab obſe-  
ſione liberavit: t ad xp̄m cōuertit: Quē quidā  
sūltan⁹ p̄sbyrer casu illac transiēs cū uxore t oī  
familia p̄misui sexus numero. Et baptizauit.  
Et post tridū v̄ror eius Eustachia a seculo m̄  
grauit. Olibrīus ḥo oībus pro christo erogat⁹  
cū filiis suis iulio t eunomio monachus sancti  
h̄lari factus est: qui t cenobitis predihs ditauit:  
vbi t magna monachoz multitudine breui tēpo-  
re excreuit. quibus sanctus deo v̄niēdi regulaz  
ordinauit. Ei aut̄ ad instantiam quoziā  
emulorū dicentib⁹ h̄lariū cū sociis inobedien-  
tes regnū mandatis: theodoricus rex milites  
suos misisset ad monasteriū spolandom: illi bi-  
duo per deuita mōrtū oberrātes ad id minime  
ventre poruerūt. Quod rex audiēs personali-  
ter illuc accessit: et dum equo insidens curiam

## De sanctis in mēse maij occurrētibus. F. cxij.

Introisset. Equisq; dudū stimulatus vltius procedere non posset: tandem regem ad terras detectis nec ipse nec sumentum inde se mouere valuit donec rex penitens a sanctoveniam cum liberatione percepit. Inter ceterā regule mādata fratres de collectis frugib; gustare non audebant nisi ea prius abbati offerebant. Quidam ḥo frater immaturamvā conspicieſ tentatione expulsatus ipsam expertus: et ab abdāre gustandam obtinuit. Sed vt racemum capere voluit serpente ī manu sua inuenit: quē abnclens sancto nunciauit. Ille ḥo vbi demō nem esse cognouit per caudam ad ecclesiam traxit: ipsumq; humana voce loqui cōpulit q; fratrem ad hoc desiderio gustus tentauerat: vt si gustasset ipm de monasterio recedere fecisset. Quo dicto serpens crepus et demon evanuit. Anno autem eratis sue. lxxiiij. apparetē sibi an gelo et suum obitum post triduum predidente: locellum sibi parari iussit quasi passibus centū longe ab ecclesia sua: vbi et quiescens in pace conditus est tertio idus maij.

**D**e sancto Ovilio martyre. Cap. clxiiij.

**D**atius presbyter et martyr: primo in amphipolis ciuitate detetus multisq; penit cruciariis pro christi confessione affectus. Postea bizantiu que nunc constantinopolis dicitur vscg perductus capitali sententia occubuit tertio idus maij: vt dicit ado in martyrologio.

**D**e sancto Bonifacio martyre. Cap. clxv.



**B**onifaci⁹ martyr passus ē apud tarsum cīcie ciuitatem tē poribus diocletiani et maximiani imperatoruz sub preſide supplicio. Hic cum eſſet seruus et procurator rerum cuiusdam nobilissime matrone nomine aglaie ī v̄ be roma: homos ebriosus et adulter acutis deditus et cum ipa eius domina dudum ī ſu pro misericordia hofitalari tamēt operibus misericordie intendebat. Tandem vtrig; diuino nutu compunici confitum habuerunt: vt ad requiendas martyrum aliquorum reliquias bonifaci⁹ mitteretur ad partes cīcīe vbi christianorum ingens persecutio fiebat: quatenus uterq; eorum orationibus martyru saluari merentur. Erant enim uterq; christiani. Bonifacius autem recedens: dixit domine sue quasi prophetico ſpiritu inspirat⁹: vt si euenire posset ad emendum corpora martyrum ſecum deferat. Sinautem ipsa corpus suum martyris no-

mine ſuſperet. In ipso autem itinere martyri christi a carnisbus et vino abſtinuit propter martyrum reverentiam: quorum corpora tractatus erat. Perueniens igitur cum duodecim equisq; et trībus vehiculis ad ciuitatem tarsum conuersos licentianit: vt trent ad hospitium procuranda: ipse ḥo ad videndos martyres ferminauit. Inuenitq; alium pedibus ſuspensum igne ſuppoſito: alium in quatuor lignis extensis et diuini cesum: alium vnguis exaratum: alium manibus abſcissum: alium ſtipite in collo fixo a terra levatum. Et ſic per diuera ſupplicia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnum deum martyrum acclamaret: et eorum ſe pedibus proſterneret: ac illos in domino confortaret: a iudice tērus et interrogatus ſe christiana viua voce professus eſt. Quem ſuppliciū preeſtes iuſſit ſuſpendi: et vscg ad oſſium nudationē radi latera eius. Deinde calamos acutos sub vnguis manuum eius configi: et poſthec in ore ipsius plumbum liquefactum inſundi. Et cū in hiſ omnibus gratias ageret: multi ex genitibus conuerſi furentes aram idoli deſtruere rūnt: et preſidem lapidare voluerūt. Qui timēs furorem populi vscg in crastinum inde ſeſſit. Die ſequenti bonifacium ſibi preſentatum in confeſſione perſiſtentem iuſſit in ollam bulleſſe repletam veſto capite iactari. Sed ab angelo pectus illeſus permanit: olla quoq; ſicut cera liquefacta multos de aſtantibus incendit. Tunc iuſſit preeſte: vt gladio caput eius abſcideretur. Quo facto terremotus magnus factus eſt: et multi ad Chriſtum conuerſi ſunt. Conſervi ḥo Bonifacij eum vndiq; perquirentes: putabant eū in taberna aut in adulterio laſciuire. Et obuantes vni ex commentariis: querebant eum an vididifer romanum aliquē peregrinum: datisq; ſignorum iudicio: ille eis denunciauit: ipsum die preecedenti vtam martyrio ſic finiuſſe: deducenſq; eos ad locum et offendens eis caput et corpus. Quem illi bonifacium cognoſcentes admirati: prelio corporis redemerunt: et vngentes illud aroma tibus: poſuerunt in uno vehiculorum: et reuerſi ſunt deinde collaudantes. Angelus autem domini apparuit aglaie olim domine ſue: et remeſiam beati martyris indicauit eidem. Que reuerenter ſanco corpori obuiavit: eisq; ecclesiam fabrileſ ſanctimontali ſeſtumq; et orationibus omnibus diebus vacauit: miraculorū quoq; ſignis effulſit: et exinde annis. xiiij. ſuperuicit. Sepulta apud preſtatū martyrem operibus p̄is consumata.

**D**e sancto Bonifacio epo. Cap. clxvi.

p



**O**nifacius episcopus ferentia duz adhuc puer cum matre habitaret: egressus hospitium sepius sine linea vel tunica redibat: quod mortuus nudus aliquem videbat se expolians illum vestiebat: et ex hoc eum mater sepius minis et verberibus affligebat. Die quadam mater horum suum ingressum grantum quod pro toto anno parauerat repperit a pueru pauperibus distractum. Lucus hoc se pugnis et alapisq; contuderet: puer horeum ingressus in quo parum grani remanserat: matrem aliquarum exito regnauit: et fusa oratione matrem ad horrem reduxit: quod plus quam primus triticum plenus repertum est: materq; viso miraculo complicita: exinde cepit uberes elemosynas elargiri. Cum autem gallinas plures nutritum: die quadam vulpes gallinam asportauit. Puer autem confitus ecclesiam intrauit: et oratione fusa vulpem redidit: galinam quam tenebat dimisit: moxq; ante oculos pueri expirauit. Procedente igitur erate cum in mortibus et sanctis operibus proficeret: ad episcopatum ferentiae ciuitatis electus est. Lui ecclesie granis paupertas inerat: quod unam tamen vienam habebat. Que dum quodam tempore grande ita vastata esset: ut vix in ea parum rariq; ramei remansissent: ille tempore vindemie constatio presbytero nepoti suo iussit: ut cuncta vini vascula more solito prepararet. Qui licet miratus: unde impleri debuissent: iussa tamē epiciō pleuit. Bonifacius ergo calcatorium cum solo pueru ingressus modicos racemos puerū calcare lussit: ex quibus modicū vini deflexit. Quod ipse a parvulo vase suscipiens cepit in cuncta vasa diuidere: ut vix eo insuffa viderentur. Vocato quoque nepote presbytero pauperes adesse mādauit. Statimq; vini adeo in calcatorio extremitate: ut osa vasa pauperū replerent. Quo facto egressus apothecam clausit et signauit. Tercio vero die oratione premissa cum constantio rediit: et vasa in quibus modicum vinum infunderat: vobis vini fundenda inuenit: ita ut paucimērum insuffum esset si episcopus tardius intrasset. Super quo miraculo tunc nepoti sub anathēmate silentiū imperauit. Vlocat⁹ semel a fortunato presbytero ad festū sancti pculi martyris celebrādū accessit: peractaque missa ad refractionē intrauit: ubi quidam socalator cum simila ludente astigit et cymbala percutebat cepit. Quod vir sanctus designans stetit virumq; illi mortuum prenūctiavit. Finitoq; cōmūno cum ille postquam comederat domū exire: sarcu de recto corruit et ipsum repente percutens extinxit. Altero tunc nepos eius predicens constantius presbyter equum suum aureo, xij. vendidit: et ipsos consilio parruo in archa repositū. Lucus subito pauperes pro elemosyne conuenienter: et ille quid

els daret penitus non haberet: absente nepote archas violēter aperuit: et xij. aureos inter pauperes cōdiulit. Reversus igitur presbyter cī ea que gesta fuerant reperiret magnis clas̄ morib⁹ pecunias suas reperire cepit. Quem cū patruis placare nō posset ecclīaz adiūt: oratio nem ad dei fecit: pallium suū extendit: subito in eo aureos. xij. fulgentes conspicit. Egregius quoque illos in facie presbyteri prosecutus dicens ei qđ nō habebat amplius quid quereret: sed tamē propter anarictā suam episcopus nō esset. In qua protestatione se nepotis secreta cognouisse et spiritum habere propheticā demōstrauit. Ille enim pro adipiscendo episcopatu peccuniam preparauit: sed tamē in presbyteratus officio vita excessit. Die quadam duo gothi apud eum hospitati sunt: qui rauēnam pergebant: quibus ille parvū vini flasculū manu sua prebuit: qđ forasse in uno prandio consumere potuissent. Ex quo illi ut gothi continue bibentes usq; rauēnam peruenierunt: diebus ibidē pluribus cōmorati idē vīni sibi diuinitus abundās in vīsum quotidie habuerunt. Et cū eodem puclo ad patrem rediterū. Ingressus semel hortū magnā erucariū multitudinē olera comedentū repperit quibus in christi vīrte mandauit: ut statim recederet: et olera sua decetero nō cōfuererent. Que omnes ad vīrū dei verbum confessum sic inde egressi sunt: ut ne vna quidē intra horti spaciū remaneret. Sicq; vir domini plenus virtutibus in pace quietuit.

De scis Felicis et Fortunato mar. La. clvij.



**E**lix et fortunatus fratres ex ciuitate vicēria orti tēporib⁹ diocletiani et maximiliani impatorū apud urbē agleia passi sunt sub euphemio p̄side. Qui cū ad prefarā vībes deueniissent et omes ad templū iouis pro sacrificiis inuitarent. Felix et fortunatus germani a quadam apamio de christianitate sibi delati sunt: Quos ille ferro vincens ante se duci fecit: et eos ad deorum immolations horarii cepit. Et cum in christi confessione constantes perfisterent: iussit eos preses fastibus cedi. Deinde in equuleo susvensos lampadibus adhucbitis circa latera instammari. Et post hec extendi sup nos feruensq; oleum super ventres eorū perfundit. Et dum in his omnibus gratias agētes psalmerent eosq; gentiliū vīi demonia cōfūrarent: mādauit preses illos capitale subire sententias: educti ergo extra ciuitatē muros postq; breue orationē fūdissent dato sibi invicē pacis osculo decollari sunt. Quorū corpora a fidelib⁹ nocte surrepta aromatibus cōditā sunt: vīi sepulture tradiderūt. Interea vero ciues eorū ex viceutia illuc aduententes ad ciuitatē sue originis corpora deferre volebāt. Aquileenses vero cōtra

## De sanctis in mense maii occurrentibus Fo. cxiij.

dicebant. Tandem propter metu paganorum ad inuicem conuenerunt: ut fortunati corpus vicentie secum ferrent: felicis vero aquilete remanearet. Qui passi sunt pridie idus maii.

**D**e sanctis Victore et Coronamariis tyribus.

Lap. clviii.

**V**ictor martyris et coronam sub Antonio imperatore in Syria passi sunt. Qui victor cum igne et verbera venena equum ungulas argas ardentes lapides superaserat: et in ipsius omnibus in christi confessione immobilis reddetur. Corona cum esset uox cuiusdam militis et cepisset sanctum victorem beatificare ob martyrum existentiam: vidit duas coronas de celo lapsas unam victori: et alteram sibi missam. Lungs hec cunctis audiatis protestaretur: ipsa quidem inter arbores duas secta per medium: victor quoque de collatus est. Sicque martyrum suum consumauerunt in pace: pridie idus maii. Hec adeo in martyrologio suo sumpto a beato hieronymo.

**D**e sancto Pontio epo et martyre. Lap. clxii.



**P**ontius epus et martyris tyribus valerianus et galienus sub claudio preside in gallis civitate cumella passus est. Vetus pater marcus nois urbis rome senator. Mater quoque sua nobilissima fuit. Que cum ipso adhuc invtero gasteret templum Iouis ingressa est: ut conceptis munera offerret. Tunc sacerdos idolorum immundo spiritu vexatus clamare cepit: filii ex iusta naescitur magna Iouis templum destruerunt. Quod in audiens corpus sepium lapidis tundebat: ut fetus in utero desperaret. Sed dei gratia illesum puerum conservauit. Cum autem natu infantem in primis veller a patre prohibita est. Et dum puer esset et ad scholas philosophorum accederet: audiens die quadam christianos psallentes. Simulacra gentium argentea et aurata. Verboq; veritate meditata ad sanctum pontianum papaz ingreditur: et ab eo una cum quadam eius collega in fide instruit: ac in Christi nomine baptizatur. Qui matre in genitalitate defuncta patrem convertit ad Christum. Ego mortuo in locu eius dignitatem senatore surrogaf. Qui erat duos philippos imperatores patrem fecit et filium ad fidem conuertit. Deinde dignitate relicta accessit ad gallias predictas et in civitate cumella episcopatus factus est. Tadē a claudio pro fide Christi tenet, et in equuleo levat: vestibusq; impositis dudu torquetur: s; equuleo repetino sonitu destricto in amphitheatre ducit: et duobus yris ferocissimis nudus

exponit: qui eorum venato:ibus interfectis ad pedes sancti martyris procibebat. Inde subiecte preside igne circa eum accenso ut cremaretur: summissas amphitheatri comburit: ipse vero omnino intactus ab igne produxit. Dum autem ad templum Iouis immolaturus adducrus esset: templum enim idolo in pulvere redactum est. Sicque mandato ipsius ibidem capite trucidat. Et subito claudius in furor versus lingua sibi detribus corosus: et oculis anubibus assessoris et in passione pontium scutoris de capite eius auuli sunt. cuius corpus ibidem a baliero comite sepultum est pridie idus maii.

**D**e sancto Barbaro martyre. Lap. clxx.



**B**arbarus martyr passus est in civitate murtonis sub iuliano imperatore. Qui cum abiisset in regionem francorum contra hostes imperii habens duece milites nois bacchonem: et ille victoria obtinuisse: in ipso bello barbarus martyr et christianus miles fuit: qui strenue et viriliter se gessit: quod imperator audens comite illius fecit. Post hec dum franci peteret singulare certamen. Baccho dum barbarus contra francorum athletam misit. Qui protegente se angelo in christi nomine aduersarii in duello occidit. Sicque franci a bacchone et romanorum exercitu fugati expugnant. Cum autem bacchus barbarus proper habitus triumphum ad deorum sacrificia inuitaret: et ille se christianum assereret: bacchus hec imperatori nunciavit: qui barbarum derentum: et immolare recusante: dicenteque se a beato cyriaco baptizatum: nulla ratione posse deos gentilium adorare. Fecit ipsum iulianus suspendi: et gladio ventre eius tardi radu donec interiora omnia defuererit. Sed orante sancto ab angelo gabriele sibi apparere interiora eius visibiliter colligata in ventrem eius reposita sunt: et scissura eius consolidata: ipseque depositus permanit in columnis. Quo viso miraculo: bacchus cum duobus milibus: scilicet callimacho et dionysio conuersi sunt: et in christi confessione iubete iuliano desollati: deinde sanctum martyrem fecit rote ferree alligatum circumducit igne supposito et oleo superfuso. Martyr autem orans permanit in ustus: flamma quoque erumpens duos ex gentibus interfecit. Post hec in carcerem barbarus mittitur: sed apparente sibi domino confortatur. Unde autem facto eductus in quattuor lignis extendit: et nervis taurinis ante et retro ceditur: deinde caminus in tres dies incendit: ut in eo immitteretur: in quo martyris christi supremis diebus incombus omnino permanit: et ex eo quasi ex suavi balneo perfiliuit. Missus est postmodum in carcerem: scorpionibus et serpentibus ibidem iniectis: quos omnes ab eis intacti signo crucis effugauerunt. Inde in bove eneo succenso fecit eum imperator: includit: sed ipse ab

p. q

## Liber

omni exustione: immunit permanit. **B**os autem  
viri viuus calorem sentiret: migrare et ambulare  
cepit. Ad quod miraculum multi conuersi sunt.  
Nouissime vero iubente iuliano capite cesus est.  
Eius corpus ab episcopo felicio in ciuitate mu-  
tonis sepultum est pridie idus maii.

**C**onfessio pacomio abbate. Cap. clxxi.

**A**comius abbas vir  
doctrina et apostolice vite egypti  
cenobiorum fundator fuit. Hic  
apud thebaeum mira sanctitate  
conspicuus: in specu diu latitas  
ab angelo monitus ad fundatione monasteriorum  
accessit: regulam quoque eius a patre angelico di-  
cante composuit: ipsamque et traditiones deo vi-  
uendi eisdem concessit. In hoc aliquo monasterio  
riforma aliquando septem milia monachorum erat.  
Sed maximus et precipuum in quo erat pacomius  
habebatur. In quo mille quinquecenti mona-  
chi deo seruientes degebant: diversis ministeriis  
propris manibus laborabant. Inde viscum sibi et pauperibus acquirabant. Appar-  
uit ei die quodam diabolus in specie elegantis  
femine: ut ipsum de carnis tentatione pulsaret.  
Sed ab illo cognitus divina virtute compul-  
sus est multa utilia sibi edicere ad tentationes  
enirandas. Inde ab eo signo crucis effugat.  
Hunc etiam christus spinis coronatus apparuit.  
Quod unctione cenobiorum et monachorum  
egypti: et inde eorumdem desolationes propter ho-  
minum peccata predicens. Quienam autem in christo  
sanctus pater anno nono archadii et honori  
imperatorum: etatis vero sue centesimo decimo: ut  
autem Sigibertus pridie idus maii. **C**onfessio  
preferat regulam quam angelico sibi dictante compon-  
psit: ut dictum est. Ad collegas proprieitate sue  
diversas multarum virtutum scripturam  
videlicet ad abbarem cornelium unam. Ad abba-  
rem syrum unam. Ad omnium monachorum prepo-  
sitos: ut in unum conuenientes paschalem diem  
celebrent unam. Similiter ad diem remissio-  
nis que mense agosto agitur idem congregetur  
unam. Item ad fratres qui foris monasteriorum  
operari missi fuerant unam. **H**ec gemmatus  
datus de illustribus viris.

**C**onfessio pacomio confessore. Cap. clxxii.

**A**comius monachus  
in scythia fuit. Ad quem venit her-  
cules graui carnis tentatione pul-  
satus. Qui ab eodem iam septua-  
genario audivit quod per annos duos  
decim huiusmodi tentatione nunquam deprimere  
potuerat: unde quasi desperatus se nuditus fere  
deuorandus proiecerat: sed ille sus dimissus ad  
cellam redierat. Lui diabolus apparuit in spe-  
cie puelle pulcherrime super genua viri sancti  
procumbens. Quam ut ipse manu in facie per-

## Quintus

cussit confessum euauit sed biennio sibi fetor  
in manu permanit. Inde aspidem veredis ap-  
pofuit: ut se mordiceret: et sic temptationem fuga  
ret: sed ille sus permanens a serpente a domino  
no confortatus est. Et sic in sancto proposito  
perseueravit. **H**ec heraclides. Quienam in do-  
mino pridie idus maii.

**C**onfessio theodooro abbate. Cap. clxxiii.

**T**heodorus pacomij  
abbatis successor: insignis sanctitate  
et doctrina spectabilis in libro de  
collationibus patrum a cassiano edito  
multimode commendatur: qui post ipsi elius  
successore monasteria sua in summo perfectio-  
nis apice strenue gubernauit. De concordia et  
unitate: et de permanendo in proposito cordis  
et studi exhortatorias et elegantes ad altam mo-  
nasteria plures epistolae scripsit: et miraculis  
clarus in domino quienit. **H**ec gemmatus lib-  
ro de viris illustribus.

**C**onfessio orosense abbate. Cap. clxxiv.

**R**ossiensis mona-  
chus pacomij et theodoori abba-  
tum collega vir morum perfe-  
ctione conspicuus: et in scriptu-  
ris divinis ad plenum eruditus  
fuit. Qui liber edidit rotius  
discipline monastice eruditio constructum:  
liber quoque alium rotum plene testamentum vetus  
et nouum iuxta necessitatē monastica compen-  
ditios dissertacionibus exponentem quem testa-  
menti vice prope et cœfus sui finem fratribus  
obtulit. Et sanctitate pollens in pace obdormit.  
**H**ec gemmatus rbi supra.

**E**xplicit liber quartus.

## Prologus quinti libri.

**Q**uintus liber  
presentis catalogi continet passiones ac ges-  
ta sanctorum: quozus festivitates eueniunt  
infra tempus: in quo ecclesia representat di-  
uinum verbi et ipsius ec-  
clesie matrimonialem  
consumationem: et qua subsecutaz nouimus tu-  
gem liberorum procreationem et propagationem:  
quod tempus fuit a die penthecostes: et durabit  
usque ad seculi fine. Et ipsius tempus representat  
ecclesia a festo penthecostes usque ad aduentum.  
**C**ontra quidem tempore pino ipsius matrimonii  
consumat: videlicet a premisso penthecostes fes-